



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

12. De Synodo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387

apostolica instituta, *c. quanto*, vbi *gl. & Dd. x. de offic. ordin. c. ea qua. x. de stat. reg. seculares clericos ipsemet corrigat*, pro excessus qualitate, per carceres, *c. dilectis filiis. x. de appel. c. cum episcopus. x. de offic. ord. in 6. per canonicam & salutarem poenitentiam, c. licet. vbi Dd. x. de poen. non quærens quæ sua sunt, sed quæ sunt Iesu Christi, c. procuratores. x. de censib. c. 1 §. caueat. x. eod. in 6. ideoq; consuetudinem, qua sine procuratore, hoc est expensis subditorum, visitatio fiat, seruabit, *gl. Fran. & alij Dd. in d. c. 1. de censib. Concil. Trident. sess. 24. d. cap. 3. ad exemplum Apostoli Pauli c. cauendum, 10. q. 1. Stat. Colon. d. fol. 440.**

TITVLVS XII.

De Synodo.

1. Synodus generalis quæ.
2. Prouincialis quæ.
3. Episcopalis vel Diocesana quæ.
4. Quoties celebranda.
5. In quem finem.
6. Per & apud quos in Synodo inquisitio facienda.
7. Decreta in Synodo prouinciali referuntur ad Episcopalem.

- i. SYNODVS aut est œcumenica siue generalisquam summus pontifex indicit, & in qua conueniunt, vel saltem conuocantur totius fere mundi antistites, *c. 1. 2. & seqq. dist. 17.* aut prouincialis, quando alicuius prouinciæ
2. Episcopi conueniunt, Vt si Archiepiscopus suos Suffraganeos seu comprouinciales Episcopos

pos conscribit, *c. sicut olim. x. de accusat. c. de concilio. c. propter. c. non. c. peruenit. dist. 18.* aut Episcopalis siue diœcesana, quam Episcopus in sua diœcesi instituit, conuocando suæ diœcesios prælatos, presbyteros & clericos. *c. quando dist. 38. c. placuit. 12. q. 2. c. annis singulis d. d. st. 18.* vel semel in anno. *d. c. sicut olim.* vel bis, *d. 1. de concilijs, cum seq.* eoque iure vtuntur in diœcesi Coloniensi feria secunda post Dominicam Inuocauit, & festum S. Remigij, *vide Statut. Prouin. Col. fol. 407. 441. & 537.* ad corrigendos & reformandos mores præsertim in clero. *d. c. sicut de accusat.* de quibus apud cathedralis, collegiarum, monasteriorum Prælatos & præsertim Archidiaconos, & Decanos rurales, qui vocati sunt in partem sollicitudinis Episcopalis, per Vicarium in Pontificalibus, & Officialem diligens inquisitio fiet, *Stat. d. fol. 407.* formam interrogandi Decanos rurales habes *fo. 537. & seq. tres vel quatuor laicos. fol. 407. & seq.* Ea interim quæ in Archiepiscopali siue Prouinciali synodo decreta & sancita sunt, referuntur ad Episcopalem, *c. decernimus. dist. 18. c. ex ore. x. de priuileg.* in Episcopali ad Archidiaconalem & ruralem *Stat. Colon. d. fol. 407. cap. 19. & fol. 538*

TITVLVS XIII.

De causis Ecclesiasticis.

1. **O**mnēs causa contra clericum pertinent ad forum Ecclesiasticum.
 2. Item beneficiales Electionis, prouisionis præbendæ.
- B 5 3. Causa